



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

CXLIV. Herzog Mastwin von Pommern trägt den Markgrafen von  
Brandenburg, Johann, Otto und Konrad, Stadt, Schloß und Land Danzig  
zum Eigenthum an und versichert denselben, daß sie den Schutzheiligen

...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

cum fratribus et filiis suis, Ducem Brunsvicensem et fratrem suum, Dominum Ducem Brabantiae, Dominum Ducem de Lympurch, Dominum Albertum Landgravium Turingiae, Dominum Theodoricum Marchionem de Landtsparg, Dominum Othonem, Marchionem de Brandenburgk, cum fratribus suis, charissimis avunculis nostris; Filiolis Domini Joannis Marchionis, videlicet Dominum Joannem, Marchionem Brandenburgensem cum fratribus et filiis suis, Dominum Wolezlaum Ducem Silesiae, et suum (filium) Ducem Henricum ac alios filios suos, Dominum Chunradum Ducem Silesiae cum pueris suis, Dominum Henricum filium Ducis Henrici de Wratiflawia, Dominum Jezkonem et Fratrem ejus Ducem Cuiaviae aliosque fideles, fautores et familiares nostros cum filiis omnibus, terris, regnis, ducatus, juribus, ac possessionibus eorundem. Insuper promissimus et promittimus juxta ipsorum Baronum nostrorum ordinationem, quod a Dominis Cardinalibus, vacante nunc Sede Apostolica, obtinebimus transmissis nostris nunciis confirmationem pacis nunc factae: hoc adjecto quod ipse Regis Vngariae et Nostri Nuncii circa festum S. Michaelis nunc venturum iter arripient, et in festo omnium Sanctorum proxime subsequenti se Dominorum Cardinalium conspectui praesentabunt et confirmationem nostris sumptibus et expensis obtentam faciemus ipsi Regi Vngariae assignari. Item etiam Rex per suos proprios nuncios impetrabit consimiles confirmationis literas suis expensis et sumptibus nobis dandas. Creato vero Papa confirmationem eandem sub simili vicissitudine alterutri nostrum dandam faciemus largiente Domino impetrari; damna autem illata hinc inde compensatione mutua sunt sublata juxta ordinationem saepius memoratam. Ut igitur praemissa et singula inviolabiliter observentur; nec successivorum tempore mutatione infringi valeant vel aliquo modo vacillare, juravimus, et juramus, tactis corporaliter Sacro-sanctis Evangeliiis, multorum Sanctorum Reliquiis, et vivificae crucis ligno: adjicientes ut transgressor praemissorum praeter infamiae notam, quam transgressione juramenti incurret, divinae acrimoniae sentiat ultionis, et cum Chore, Dathan et Abiron recipiat portionem, Dei omnipotentis et gloriosissimae Virginis et sanctorum omnium suffragiis destitutus. In cujus rei testimonium ad perpetuam memoriam ac munimen praesentes concessimus literas duplicis Sigilli nostri munimine roboratas. Datum et actum Pragae, Anno Domini M. CCLXXI., coronationis nostrae Anno X., II. Id. Julii.

König's Reichsarchiv (Bd. VI.) Part. spec. Cont. I, Hft. 1, Fort. 1, S. 7 — 10. Würdtwein nova subf. diplom. XI, 44.

**CXLIV.** Herzog Mastwin von Pommern trägt den Markgrafen von Brandenburg, Johann, Otto und Konrad, Stadt, Schloß und Land Danzig zum Eigenthum an und versichert denselben, daß sie den Schutzheiligen des Ortes und den Bürgern Deutscher, Preussischer und Pommerischer Abstammung willkommen seyn würden, vermuthlich vom Jahre 1271.

Excellentibus principibus Dominis suis Johanni, O. et C., brandenburgensibus marchionibus, Mastwinus, dei gratia dux pomeranorum, vere fidei constantiam et paratum suae possibilitatis obsequium. Cum ad securitatem vite nostrae ac prosperitatem status

nostri vos elegerimus tamquam dominos et tutores, de vobis minime diffidentes, decet vos nobis tribulatis quantocius in nostris oportunitatibus subvenire. Quapropter ad conditionem verborum fidelis militis nostri, domini Ludouici, in nostram retributionem omnimodam, de qua totaliter confidimus et speramus, dominationi vestre gedanensem ciuitatem et castrum eiusdem loci vobis in proprietatem offerimus atque terram, vnde sancte katharine matrone loci prenotati ac sancte dei genitrici marie sanctoque nicolao cum omnibus sanctis bene ueniatis et nostro domino ihesu cristo et precipue nobis et maxime burgenfibus theuthonicis fidelibus sepedicte ciuitatis gedanensis, prutenis quoque et nostris quibusdam specialiter fidelibus pomeranis. Ne autem vobis predicta dubia videantur, presentium tenore volumus obligari. Super est quod apud vestram magnitudinem nitimur obtinere, quatenus domino H. interpreti, quem cellitudini vestre transmittimus, quidquid vobis de parte nostra reulerit, fidem adhibere dignemini sicut nobis.

Nach dem Copialbuche des R. Geh. Rab. Archives I. C. 4 in qu. fol. 57. — Fehlerhafte Abdrücke bei Gercken Cod. I, 249 (j. S. mit benemeriatas statt bene ueniatis) und bei Dreger Cod. Pom. I, 547. 548 (mit potestatem statt proprietatem). — Diese Urkunde, die kein Datum hat und von den eben genannten beiden Editoren in das Jahr 1269 gesetzt wird, gehört, nach Pauli Preuß. Staatsgeschichte Bd. VI, S. 252 Num. h) in das Jahr 1271.

**CXLV.** Markgraf Johann von Brandenburg beurfundet einen zwischen ihm und seinen Brüdern, den Markgrafen Otto und Konrad, einerseits und dem Bischofe Wetego von Meissen und dessen Capitel andererseits geschlossenen Vertrag über Jurisdiction- und Zehntrechte jener Fürsten in den Meißnischen Stiftsgütern des Landes Baugen, am 21. Januar 1272.

Nos Johannes, dei gratia \*) brandenburgensis marchio, tenore presentium protestamur, Quod super discordia, que orta fuerit inter venerabilem dominum W. misnensem episcopum et Capitulum suum ex vna, et nos et fratres nostros ottonem et Conradum ex parte altera, Judiciorum, que aduocati nostri in terra Budesinensi in possessionibus et proprietate ecclesie misnensis exercuerant, quorum etiam occasione diuina in predicta iam dudum suspensa fuerant, ad que concordanda in Budesin vna cum predicto episcopo conuenimus, in hac forma, quod quatuor personis fide dignis, videlicet Echardo de milbuz, domino Siffrido de Biscopswerde militibus ex parte domini Episcopi et Capituli sui, petro de kazowe et godefrido de guceke militibus ex parte nostra, commisimus ad hoc deputatis, ut a senioribus et melioribus terre, inquisita plenius veritate, dicerent et diffinirent, an super bonis et proprietate ecclesie misnensis aliquot iuris vel iudicii haberemus. Qui quatuor, fide data et prestito corporali iuramento, inuestigato negotio coram nobis et predicto episcopo, milites astantibus nobilibus et fide dignis sunt publice protestati, quod nos et fratres nostri in terra Budesinensi et terris illis, quas rex

\*) Das Wort gratia ist vom Copisten ausgelassen.  
Haupttheil. II. Bd. 1.